

vo

(5)
T A B V L A

**CELEBERRIMI CAPITVLI GENERALIS
Ordinis Fratrum Minorū Regularis
Observantiæ S. P. N. Francisci.**

Romæ celebrati die 1. Junij 1664.

Et Epistola exhortatoria ad Fratres Ministri Generalis, recenter electi.



Romæ Ex Typographia Reuerendæ Cam. Apost. 1664.
Superiorum permisso.

R. 9798

T A B V L A

CELEBERRIMI CAPITVLI GENE.
talis Ordinis Fratrum Minoru Regularis
Obseruantie S. P. N. Francisci.

Roma celebrata die 1. Iunii 1664.

Imprimatur, si videbitur **Reuerendis. P. M.**
Sac. Pal. Apost.

O. Archiep. Patracen. Viceg.

Imprimatur.
Fr. Hyacinthus Libellus Sac. Pal. Apost. Promag.



Roma Ex Typographia Reuerenda Cam. Apost. 1664.
Superiorum permissu.

In Dei Nomine, Amen.

Hæc est Tabula Celeberrimi Capituli Generalis Ordinis Fratrum Minorum Regularis Observantiæ, Seraphici Patris Nostri Francisci.

Celebrati Romæ in Conventu Sanctæ MARIAE de Aracali,
Die prima Iunij 1664.

Presidente.

Eminentissimo, ac Reuerendissimo Domino
D. Francisco Episcopo Portuensi Cardinali
Barberino S. R. E. Vice-Cancellario,

Protectore Nostro à Sanctissimo D.

N. Alexandro Septimo specialiter delegato.

*In quo ducenta, & septuaginta quinque suffragia
ex toto Orbe Terrarum ad electionem*


conuenerunt.

SANTISSIMO D. N.

ALEXANDRO VII.

SUMMO PONTIFICE.

MI.



Minister Generalis.

IN primis expleto sexennio, & feliciter absoluto regimine Reuerendissimi Patris Michaelis Angeli de Sambuca totius Ordinis Sancti Patris Francisci Ministri Generalis prateriti; Reuerendissimus P. Fr. Ildephonus Salizanes Lector Iubilatus, & Prouinciæ Sancti Iacobi Minister Prouincialis cunctarum nationum animis, & suffragijs, ad ipsum confluentibus, maximo cum applausu in Ministrum Generalem totius Ordinis Fratrum Minorum canonicè electus est.

Commissarius Generalis Familia.

Reuerendissimus Pater Frater Bonaventura Caballus Prouinciæ Reformatæ Terræ Laboris Ex-Minister Prouincialis, & Custos, Concionator Cæsarius, & Sacrorum Rituum Congregationis Consultor ferè cunctorum suffragijs, & omnium applausu in Commissarium Generalem Familiae Cismontanæ canonicè electus est.

Pater utriusque Familiae.

Reuerendissimus P. Fr. Michael Angelus à Sambuca Prouinciæ Vallis Mazariæ Minister Generalis prateritus.

Pater, & Discretus Perpetuus Familiae Cismontanae.

Reuerendiss. P. Fr. Sebastianus à Caieta Prouinciæ Observantiae Terræ Laboris, olim Commissarius Generalis Cismontanæ Familiae.

Pater Ordinis, & Discretus Perpetuus Ultramontanae Familiae.

Reuerendissimus Pater Fr. Ioannes Muniessa, Lector Iubilatus, & Qualificator Supremæ Inquisitionis Hispaniarum

niarum, Catholicae Maiestatis Concionator, Prouinciae Ara-
goniae Pater Emeritus, ac Ultramontanae Familiae Ex Commi-
ssarius Generalis.

Procurator Generalis Ordinis in Curia Romana.

Adm. Reu. P. Fr. Andreas de Artiaga, Supremae Inqui-
sitionis Hispaniarum Qualificator, Praedicator Maiestatis Re-
gis Catholici, Lector Iubilatus, Ex Diffinitor Generalis, &
Prouinciae Castellae Pater Benemeritus.

Commissarius Generalis in eadem Curia Romana.

Adm. Reu. P. F. Carolus de Genuae, Prouinciae Terrae Labo-
ris de Observantia bis Minister Prouincialis, Lector Iubila-
tus, & Ex-Diffinitor Generalis.

Procurator Generalis Reformatorum in Romana Curia.

Admod. Reu. Pater Clemens à Monte Piloso, Prouinciae
Reformatae Terrae Laboris Discretus perpetuus, donec Offi-
cij sui tempus expleat.

Diffinitores Generales Ultramontanae Familiae.

Admod. Reuer. Pater Fr. Alfonsus Sorianus, Prouinciae
Granatae Minister Prouincialis.

Admod. Reu. P. Frater Blasius de Benjumea Lector Iubila-
tus, & Prouinciae Andalusiae Minister Prouincialis.

Admod. Reu. Pater Fr. Philippus le Roy Doctor Parisien-
sis, Maiestatis Christianissimae Reginae Matris Confessarius,
& Prouinciarum Francia, & Turoniae Pater.

Adm. Reu. Pater Fr. Agatangelus Resmod, Prouinciae Sac-
tissimi Sacramenti Recollectorum in Gallia Minister Prouin-
cialis.

Adm.

7 Adm. Reu. Pater Fr. Patritius Duffius S. T. Prouinciæ
Scotiæ Minister Prouincialis.

Admod. Reu. Pater Frater Christophorus de Roxas S. T.
Lector, & Prouinciæ Turingiæ Custos.

Diffinitores Generales Cismontanae Familiae.

Admod. Reu. Pater Fr. Franciscus de Médoza Prouinciæ
Reformatae Calabriae bis Minister Prouincialis, & Discretus
perpetuus, ac Pater Ordinis.

Adm. Reu. Pater Fr. Clemens Dolera bis Minister Pro-
uincialis Prouinciæ Genæ de Observantia.

Adm. Reu. Pater Fr. Franciscus de Bastia Prouinciæ Ob-
seru. Sancti Francisci Ex-Minister Prouincialis, & Custos.

Adm. Reu. Pater Fr. Archangelus Romanus Prouinciæ
Romanæ de Observantia. Ex Minister Prouincialis pluries Se-
cretarius Generalis, & Celeberrimi Romani Aracelitani
Conuentus Guardianus actualis.

Admod. Reu. Pater Fr. Paulus Budimiz Prouinciæ Bos-
niæ Croatiae Minister Prouincialis.

Admod. Reu. Pater Fr. Cherubinus de Sambuca Prouin-
ciæ Reformatae Vallis Mazariae Minister Prouincialis, & Su-
premae Inquisitionis Siciliae Censor.

Guardianus, & Commissarius Terra Sancta

Hierosolymotum.

Reu. Pater Fr. Franciscus de Politio Prouinciæ Obser-
uantiae Vallis Mazariae Lector Iubilatus.

Guardianus Constantinopolitanus.

Pater Fr. Nicolaus Perusinus Prouinciæ Reformatae Sãc-
ti Francisci.

Sacrae

**Sacrae Theologiae Studia in ordine ad Iubilaeum
tionem destinata, iuxta Constitutiones A
postolicas Clementis Octavi, & S. D. N.
Urbani Octavi, & Lectores Generales
pro Cismontana Obseru. Familia.**

I *In Conuentu Sanctae Mariae de Araceli Roma*
Lectores Generales.

- P. Fr. Petrus Paulus Lotticus de Roma.
P. Fr. Laurentius de la Barrera Prouinciae S. Iacobi, iam
Lector Sac. Theologiae Salmaticensis.
P. Fr. Franciscus Maria à Castro S. Petri.
P. Fr. Romanus de Roma.

2 *In Conuentu S. Mariae Nouae Neapolos.*

- P. Fr. Baltasar à Messana.
P. Fr. Teophilus de Nola.
P. Fr. Ioseph de Burgo, Hyberniae.

3 *In Conuentu S. Francisci Perusij.*

- P. Fr. Franciscus de Perusio.
P. Fr. Stephanus de Perusio.
P. Fr. Antonius de Caprarola.

4 *In Conuentu Omnium Sanctorum Florentiae.*

- P. Fr. Blasius de Florentia.
P. Fr. Io: Carolus de Cutiliano.
P. Fr. Cherubinus de Bibiena.

5 *In Couentu Sanctissime, Annuntiata Bononia.*
P. Fr. Ioseph de Castro Lauro.
P. Fr. Hyppolitus Camillus Bruni.
P. Fr. Angelus de Monelia.

6 *In Couentu S. Francisci Padua.*

P. Fr. Ioseph de Verona.
P. Fr. Hieronymus de Plebelacci.
P. Fr. Foelix de Verona.

7 *In Couentu Sanctissime Annuntiata Genua.*

P. Fr. Franciscus de Ferraria.
P. Fr. Paulus de Genua.
P. Fr. Cherubinus de Sati.

8 *In Couentu S. Maria Angelorum Mediolani.*

P. Fr. Antonius Cattaneus.
P. Fr. Hilarius à Castiono.
P. Fr. Blasius à Lauda.

9 *In Couentu S. Maria Angelorum Panormi.*

P. Fr. Cosmus Maria de Panormo.
P. Fr. Ignatius de Sciacca.
P. Fr. Ioseph à Drepano.

10. *In Couentu Sancti Bernardini Aquila.*

P. Fr. Thomas à Monteleone.
P. Fr. Dominicus de Bagno.
P. Fr. Franciscus Maria de Monelia.

11. *In Conuentu Sancti Didaci Neapolis.*

P. Fr. Leonardus de Caua.
P. Fr. Pacificus de Verona.
P. Fr. Bonauentura Coman Hybernus.

12. *In Conuentu S. Francisci Ancoua.*

P. Fr. Io: Baptista à Molleano.
P. Fr. Santes à Colleamato.
P. Fr. Ioseph à Sirolo.

13. *In Conuentu Sancti Francisci Luca.*

P. F. Iulianus de Luca.
P. Fr. Nicolaus de Cortona.
P. Fr. Laurentius de Ghiuizzano.

14. *In Conuentu Sancti Antonij Licij.*

P. Fr. Antonius de Rutiliano.
P. Fr. Angelus de Leuerano.
P. F. Antonius de Acquarica.

15. *In Conuentu Sancti Francisci cosentia.*

P. Fr. Daniel Romanus.
P. Fr. Michael de Candicattino.
P. Fr. Ignatius de Roblano.

16. *In Conuentu Sancti Hieronymi Vienna.*

arbitrio Superioris Generalis.

P. Fr.

P. Fr.

P. Fr.

17. *In Conuentu Sancti Bernardini Cracouia.*

P. Fr. Lucas Gizius.
P. Fr. Vicentius Kalmerfci.
P. Fr. Andreas Souinouich.



In Conuentu Sancta Maria ad Nives Pragae.

P. Fr. Guglielmus Antonius Braucech.

P. Fr. Henricus Clari.

P. Fr. Iulius Vorgit.

**Alia Studia Sacrae Theologiae, & Lectores
Generales deputantur.**

1

In Conuentu S. Maria Noua Fani.

P. Fr. Bonauentura de Fano.

P. Fr. Antonius de Carroceto.

2

In Conuentu S. Francisci Mantuae.

P. Fr. Bernardinus de Monte Prandono.

P. Fr. Ioannes de Guidiccio.

3

In Conuentu S. Maria Iesu de Messana.

P. Fr. Bonauentura de Messana.

P. Fr. Carolus Francisci Collodi.

4

In Conuentu S. Maria Iesu Motuae.

P. Fr. Aloysius de Motuca.

P. Fr. Vincentius de Motuca.

5

In Conuentu S. Ioseph Brixiae.

P. Fr. Angelus Maria à Montodine.

P. Fr. Isidorus de Crema.

6

In Conuentu S. Maria Foggiae.

P. Fr. Ioannes Chrysostronus de Ragusio.

P. Fr.

7

In Conuentu Sancti Thoma Taurini.

P. Fr. Paulus Baptista de Viadana.

P. Fr. Benedictus à Bene.

8 *In Conuentu Paradisi Viterbij.*

P. Fr. Albertus de Roma.
P. Fr. Antonius de Bastia.

9 *In Couentu Sancti Spiritus Ferraria.*

P. Fr. Thomas à Gualterio.
P. Fr. Bonaventura à Cottignola.

10 *In Conuentu S. Mariae de Iesu Mondis Leonis.*

P. Fr. Arcangelus à quinque Frodibus.
P. Fr. Ludouicus de Siracufis.

11 *In Conuentu Sancti Bernardini Alexandria.*

P. Fr.
P. Fr.

12 *In Conuentu Sancti Francisci Ragusij.*

P. Fr. Seraphinus de Ragusio.
P. Fr. Petrus Antonius de Nereto.

13 *In Conuento Sancti Ladislai in Sclauonia.*

P. Fr. AELias Iacuplotich.
P. F. Antonius Alpinus.

14 *In Conuentu S. Crucis Pifarum.*

P. Fr. Franciscus de Vallechia.
P. Fr. Antonius de Treca.

15 *In Conuentu Labaci in Croatia.*

P. Fr. Engilbertus Potumsky.
P. Fr. Franciscus Coglanus.

16 *In Conuentu Vilnae ad Sanctum Franciscum.*

P. Fr. Franciscus Kochanouslci.
P. Fr. Florianus Iancrynslci.

17 *In Studio Generali Conuentus Varsoviensis.*

P. Fr. Valerianus Rydzkonoski.

P. Fr. Antonius Rzeuylunoski.

18 *In Studio Generali Conuentus Posnaniensis.*

P. Fr. Christophorus Posnaniensis.

P. Fr. Hyacinthus Idzilioioica.

19 *In Conuentu Sanctæ Mariæ Angelorum Neapolis,*
& alijs Conuentibus pro Seminarijs Iuuenum, Lectores de-
putabuntur. ad libitum Reuerendissimi Patris Ministri Gene-
ralis.

Studia generalia in ordine ad Iubilationem,
in quibus qui iubilari voluerit, saltem per
tres annos continuos Sacram Theologiam
legere debebit, de putantur.

S. Mariæ de Aracæli Romæ.

S. Francisci Montis Perusij.

S. Francisci Anconæ.

Omnium Sanctorum Florentiæ.

Sancti Francisci Luca.

Sanctis. Annuntiata Bononiæ.

Sancti Francisci Paduæ.

Sanctis. Annuntiata Genuæ.

S. Mariæ Angelorum Mediolani.

Sanctæ Mariæ Angelorum Panormi.

S. Antonij Licij.

S. Bernardini Aquila.

S. Mariæ Nouæ Neapolis.

S. Bernardini Cracouiæ.

S. Didaci Neapolis.

S. Francisci Cosentiæ.

Conuen-
ent.

Dile-

Dilecto filio Hædphonso Salizanes Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia, nuncupatorum Ministro Generale.

ALEXANDER PAPA VII.

Dilecte Fili, salutem, & Apostolicam benedictionem.

CVM sicut Nobis nuper exponi fecisti tu in Capitulo Generali Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum in hac Alma Vrbe nostra nouissime celebrato, in Ministrum Generalem eiusdem Ordinis canonice electus fueris, electionemque huiusmodi promaiori illius validitate, & subsistentia Apostolicæ Confirmationij Nostræ robore communiri summopere desideres. Nos sperantes electionem huiusmodi de persona tua, vt præfertur factam obtuum Religionis zelum, fidem, prudentiam, integritatem, & doctrinam eidem Ordini plurimum profuturam, teque specialibus fauoribus, & gratijs profequi volentes, & à quibusvis ex communicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & poenis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis ad effectum præsentium dumtaxat consequenti harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes. Supplicationibus tuo nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati: Electionem de persona tua in Ministrum Generalem dicti Ordinis, vt præfertur factam Apostolica Auctoritate tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inuiolabilijs Apostolicæ firmitatis robur adiicimus, ac omnes, & singulos Iuris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet interuenerint, supplemus.

mus. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus
Apostolicis, ac quatenus opus sit dicti Ordinis etiam iuramē-
to, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia robo-
ratis, statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque indul-
tis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quo-
modolibet concessis, confirmatis, & innouatis, Quibus omni-
bus, & singulis illorum tenores præsentibus proplene, & su-
ficiēter expressis, & ad verbum insertis habentes illis ali-
as in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac
vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæteris-
que contrarijs quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam
Maiorem sub Anulo Piscatoris die v. Julij M. DC. LXIV.
Pontificatus Nostri Anno Decimo.

S. Vgolinus.

FR. ILDEPHONSVS SALIZANES.

Totius Ordinis Fratrum Minorum S. P. N. Francisci Minis-
ter Generalis.

Dilectis plurimum in Christo Patribus, & Fratribus Superi-
oribus, ac Subditis totius nostræ Seraphicæ Religionis,
salutem, ac sinceram charitatem.

CVM Altissimo placuisset (Dilectissimi fratres) Diuina mi-
seratione sic disponente, Nos, licet immeritos, ad supre-
mæ dignitatis Generalatus Seraphici culmen per condig-
nos Ordinis Electores euehere, quale onus impositum sit
nostris humeris, & quam graue pensus amplissimæ Religionis, quæ
præ multitudine numerari non potest, sit nobis ferendum gementes
probe agnoscimus, nisi Pa. re laminum, in quo omnis sufficientia
est,

est, vires, & fortitudinem accipiamus: ad hunc finem orationes, & petitiones vestre innotescant, quatenus nobis assistere dignetur, eamque, prestare virtutem, perquam possimus regere populum hunc magnum, atque in Ministerio nostro digne ambulare, ut rationem, qua nobis incumbit pro animabus vestris, reddere valeamus.

Summopere desideramus vobis omnibus, omni quo possumus solamine, & placiditate paterna adesse, sed ubi nostra presentia nequimus, consilijs, & admonitionibus conabimur obsequiosa nostra ministeria amanter prestare. Hoc sine aliquas Constitutiones, seu legum declarationes, vel aliquoties inobservatas; vel perperam interpretatas, vobis mittimus, ut simul progredientes in via vite, Nos hac desideria fouendo, vos autem eisdem cooperando, virtutes prouebamus abusus extirpemus, & Regule nostrae primaeuam, ac Apostolicam obseruantiam excolamus, dum Patrem simul, & Iudicem vobiscum agemus.

hortamur vos omnes in Domino, & obsecramus, ut saeculares fauores fugiatis: sicut enim virtus, & Religiositas nobis ex iustitia videtur meritum, ita externum fauorem demeritum censemus, poena potius, quam premio dignum: viuat itaq, in Religione Frater Minor, ut nullo praeferat fieri maior, nisi in virtute, & obseruantia, ambitionis fomite extincto.

Omnes omnino interdiciamus inuiles, & otiosos discursus simul, & vagationes, quae spiritus feruorem extinguunt, obseruantiae regulari relaxationem, claustris dedecus Religione ruinam, & saeculo scandala inferunt.

Porro in omnes Religiosos huius amplissimae Religionis, feruida charitate ex alto prospicientes, ac pietate paterna, in nostro Ordinis Apostatas, si qui sunt, moti, dummodo ad gremium Almae Matris Religionis infra spacium quatuor mensium ab harum publicatione contriti reuertantur, poenas ad nos spectantes contra eorum personas, & delicta misericorditer eis remittimus, & relaxamus, ea tamen conditione, quod de omnibus, & singulis quanto magis nos certiores reddant, Omnibusq, & singulis totius nostri Ordinis Religiosis auctoritatem nostram concedimus, ut pro una vice ab omni

bis

bus casibus, & censuris nobis reseruat, à quocumque confessorio
nostrae Religionis approbato absolui possint, & valeant.

Insuper exercitia spiritualia dierum octo, antiquitus in Religio-
ne usitata, & postmodum cum magno animarum detrimento, &
tepeditate collapsa, sicut in Capitulo Generali Toletano immediate
præterito, pristina obseruantia sunt restituta, ad renouationem spi-
ritus, & perfectionis augmentum à Nouitijs, & recenter professis
in locis, & temporibus designatis obseruentur per uigili Superiorum
cura, quorum conscientia in hac parte oneramus.


His, & omnibus aliorum charismatum donis, & exercitijs su-
pultis (fratres charissimi) consideremus omnes afflictum totius Euro-
pæ, & maxime Sacri Romani Imperij, statum per bella, & inuasi-
ones Turcarum, & Paganorum, qui Christianitati proterua rui-
nam minantur: qua propter instemus apud Altissimum, ut Inuicti-
ssimo Imperatori, ceterisque Christianis Principibus in hunc finem
collimantibus, vires, & fortitudinem præstet, quibus hos perfidos
Christiani nominis hostes, & aduersarios potenter conterere, & de-
bellare valeat: ad quem finem ordinamus, ut à quolibet Sacerdote
totius nostri Ordinis collecta contra Paganos in Missa legatur; con-
cedentes obedientiam meritum omnibus, & singulis, qui pro hac nos-
tra efficaci intentione, & Fidei Catholica conseruatione speciale
aliquod exercitium applicuerint.

Præterea, ut nostrae Religionis Seraphica splendor elucescat,
Collegia, siue Seminaria pro Religiosa Iuuenum educatione, & li-
teraria capescenda disciplina, à nostris Prædecessoribus instituta,
siue à nobis instituenda, omnibus Superioribus Prouinciarum, in
quibus habetur, summopere volumus commendata: multitudo enim
Sapientum (uti pronunciauit Spiritus Sanctus) sanitas est Orbis
terrarum; & copiosus numerus Fratrum benedisciplinatorum, Re-
ligionem nostram consolidabit.

Tandem obsecramus vos (charissimi fratres) qui sponte
Domino animas vestras obtulistis, ut considerantes, quia Peregri-
ni, & hospites estis supra terram, dignè ambuletis uocatione, qua
uocati estis, cum omni humilitate satagentes, ut per bona opera

certam vestram vocationem, & electionem faciatis; hisque carissima-
tibus muniti pro nobis eretis, ut labores, & discrimina, prolixo-
rumq; itinerum tedia, que per vastas Europa Provincias, eundo,
& redeundo ad vos aggedimur, in Religionis augmentum adimplea-
mus. Feruidas postremo, acipias iugiter ad Deum preces effundite
pro vtraq; incolumitate Summi Pontificis, pro Ecclesie Catholica exalta-
tione, Haresum, & infidelitatis extirpatione, pacis Christianorum
Principum complemento, & conseruatione eorumq; omnium semper
recordemini, quibus iure patronij, aut beneficij titulo, nos, & Reli-
gio nostra obstringimur, quatenus Deus eos dirigat in viam salutis
aeterna, eisq; dextram caelestis auxilij protendat, ut, que illi sunt pla-
cita concupiscant, & tota virtute perficiant. Valete, & vivite in Do-
mino. Datum Roma in nostro Celebrissimo Aracalitano Conuentu die
vigesimo mensis Iulij anno Domini 1664.

Fr. Ildephosus Salizanes Minister Gen.

Loco  Sigilli,

De mandato S. R. P.

Fr. Ioannes Estenon Secretarius Gen. Ord.

ORa

ORDINATIONES

pro vtraque Familia.

Determinat Capitulum Generale, quod mortuo Ministro Provinciali, pro Superiorum Generalium arbitrio, Prouinciale Capitulum anticipare poterit, dummodò finitum sit bienium ab ipsius celebratione numerandum, vel prorogari dummodò tempus à lege præscriptum non excedatur. Si in primo anno moriatur Minister Prouincialis, liberum erit Superiori Generali Capitulum conuocare ad electionem noui Ministri Prouincialis tantum, vel cum Diffinitorio Vicarium Prouinciale eligere.

2 Superior Generalis iusta de causa anticipare poterit Capitulum Prouinciale per sex menses, etiam viuentem Ministro.

3 Si contingat quod post Capitulum Prouinciale recognoscatur aliquem Diffinitorem fuisse nulliter, vel invalide electum, deponatur ab officio: & declarat Capitulum generale, quod in tali casu non fiat subrogatio, sed noua electio Diffinitoris, per Diffinitorium Prouinciale.

4 Statuitur, quod Vicarij Prouinciales completo bienio sui Officij non possint in posterum eligi in Diffinitores, sicuti nec Ministri Prouinciales.

5 Ministri Prouinciales, qui Prouincialatus officio per biennium non compleuerint, Priuilegijs Ministrorum Prouincialium non gaudeant; secus verò si per biennium tale officium exercuerint.

6 Renouatur Statutum Capituli Generalis, quod Custodes electi in Capitulo nisi per biennium exercuerint Officiũ, vel non fuerint suffragati in Capitulo, vel Congregatione Generali Custodum priuilegijs non gaudeant.

7 Si paulò antè Capitulum Prouinciale, moriatur Minister,

ter,

ter, vel Custos, decernitur, quod antè ipsius celebrationem, eligi debeat Vicarius Prouincialis, & Custos.

8. Si Diffinitor non legitimè impeditus, & vocatus, reuerit ingredi in Diffinitorium, suo priuetur officio.

9. Declarat Capitulum Generale, quod subrogatio semper debeat digniori, dummodò Pater subrogandus non sit perpetuò impeditus.

10. Renouatur Statutum, quod omnes Guardiani in Capitulis, & Congregationibus suo renuntient officio quod si non fecerint, ipsos tamen renūciasse censeantur.

11. Declarat Capitulum Generale quod in electionibus Guardianorum obseruetur Breue Urbani VIII. *Religiosos viros* 1642. & Alexandri VII. *Credite Nobis* 1663. modus tamen eligendi erit ille, qui in Constitutionibus Cismontanae Familiae praescribitur: Quod si primo proposito à Praesidentibus, vt eligatur, vota fuerint aequalia; Declarat Capitulum Generale ipsi liberum fore pro proposito decidere. Si aliquis propositus fuerit in Guardianum alicuius Conuentus, & per vota fuerit exclusus, non censetur pro alio Conuentu excludi.

12. Vt in posterum tollatur perpetuitas in Superioribus Localibus Conuentuum, statuit Capitulum Generale, quod Praeses, qui ultra duos menses Conuentum rexerit, non possit immediatè in guardianum eligi.

13. Prohibet Capitulum Generale, ne in posterum instituantur Procuratores saeculares à Ministris Prouincialibus, vel à quocumque alio particulari Religioso, tam pro negotijs Prouinciarum, quam particularibus pertractandis in Curia Romana sub poena priuationis vocis actiuae, & passivae talesque, institutiones nullae sint, ac inuvalidae.

14. Statuitur, quod de nouo reuertentes ad propriam Prouinciam in alia incorporati, non gaudeant praecedentia, nisi à die nouae receptionis, & incorporationis, subeantque poenam taxaram per Constitutionem Generalem Segouiensem.

20
15 Decernit Capitulum Generale, quod pertractanda negotia Religionis, deputentur in curis Regis, & Principum, scilicet Viennæ, Martini, Parisijs, Marfouix in Polonia, Venetijs, Siciliae, Neapoli, Bruxellis, Taurini, Genuæ, & Florentiæ, Agentes, seu Commissarij Reuerendissimi Patris Generalis, cum Socio grato, qui sint immediatè subiecti Iurisdictione eiusdem Reuerendissimi Patris Generalis, ea tamen lege, ut exeundo de Conuentu petant benedictionem à Superiori locali, qui non possit eos impedire, & habeant locum post Diffinitores habituales cæteris paribus.

PRO ULTRAMONTANA FAMILIA.

1 **L**ectores Sacræ Theologiæ quamdiù tale munus exercent, nullum aliud officium obtinere poterunt cum præfato munere incompatible, qualia sunt officia Guardiani, & Secretarij. Quod si talia exercuerint, tempus, in quo illis functi fuerint, non computabitur ad annos Iubilationis.

2 Statuitur, quod Secretarij Prouinciarum non habeant locum, aut sedem, nisi post Lectores primarios Sacræ Theologiæ, & respectu aliorum, obseruetur consuetudo Prouinciarum.

3 Declaratur, quod in aequalitate Lectoratus antiquior habitu debeat præferri in habendo voto.

4 Lectoribus Prouinciarum Hispaniæ, qui in hoc Capitulo Generali conclusiones sustinuerunt, interruptio à Lectura ob accessum, & regressum non debeat officere ad Iubilationem.

5 Si contingat, quod aliquis Diffinitor actualis moriatur, siue alia ratione vacauerit, eius loco subrogetur, & pro subrogato habeatur ipso facto, qui olim fuit Diffinitor vel Custos, & est antiquior in Diffinitionis, vel Custodiatu officii. Si

verò

31
vero Diffinitores, vel Custodos antiqui defuerint subrogen-
tur Guardiani præcipui secundum ordinem Tabulæ.

6 Per Guardianos præcipuos declarat Capitulum Gene-
rale, intelligendos esse Guardianos Conuentuum, in quibus
celebratur Capitulum Prouinciale; si fuerint ab aliquo dota-
ti pro expensis Capituli, secus verò Conuentus præcipui acci-
piantur illi, qui sunt maioris æstimationis in Prouincia.

7 Decernit Capitulum Generale, quod vocalibus Ultra-
montanæ Familiæ; Pro ministris scilicet, & Custodibus, conce-
datur in premium suorum laborum, quos in itinere passi sunt
suffragandum in præsentis Capitulo Generali, quidquid, Tole-
tanum concessit Vocalibus Cis montanæ Familiæ & b similes
labores, dummodò habeant qualitates requisitas à dicto Ca-
pitulo Generali.

8 Statuitur, vt deinceps versus *Veni Regina nostra* dicatur
in Choro flexis genibus in Missis solemnibus Immaculatæ
Conceptionis eo modo, quo versus *Aue Maris Stella*, dicitur

9 Ad subleuandam necessitatem Prouinciæ Sancti Dida-
ci Canariensis, necnon ad tollendas intolerabiles expensas,
Capitulum Generale decernit, quod deinceps Superior Ge-
neralis, Commissarium Visitatorem eligat ad illius Visitatio-
nem, & celebrationem Capituli, vnum ex tribus, aut quatuor
Patribus benemeritis, & indifferentibus, ipsi à præfata Pro-
vincia propositis.

10 Pro visitatione Prouinciarum Tertij Ordinis, debito
tempore peragenda, designet Superior Generalis virum ali-
quem, qui sit eiusdem professionis, & institui, alterius tamen
Prouincia talem quidem, qualem statuta Generalia decer-
nunt. Casu verò quo idoneus Visitator in Tertio Ordine non
inueniretur, poterit assumi ex primo Ordine ex vicinioribus
tamen Prouincijs.

11 Prouinciæ obseruantes Ultramontanæ Familiæ fa-
ciant

39
ciant sua Statuta, ac leges pro reformatione viuere volentibus.

12 Declaratur, quod Vicarij Prouinciales biennales sint Patres immediate, & debeant ingredi Diffinitorium, tanquam si fuissent Ministri Prouinciales.

PRO GALLIS

1 **S**ancitum fuit, vt Statuta Prouinciæ Maioris Turo-niæ reuideantur à Patribus deputandis à Reuerendissimo Patre Ministro Generali, quæ approbata obseruentur.

2 Statuitur quod omnes Prouinciales Galli admoneantur à Reuerendissimo Pat. Ministro Generali, ne in posterum mittant extra Regnum Galliæ Religiosos, nisi pro causa graue Prouinciæ, approbata à Diffinitorio, iuxta Statuta vltima Generalia, Vallisoletana.

3 Statuta Municipalia pro Gallis, quæ sunt edita ante Statuta Bachinonensia reuisa Segouix mancant in suo robore. Noua verò si fuerint contra supra dicta, & alias generales Constitutiones, nullius sint valoris.

PRO BELGIS

1 **D**eclarat Capitulum Generale, quod Commissarius Nationalis Germano Belgij cum delegatus, quam habet votum respectu omnium electionum, non possit illud comittere alijs Visitatoribus, & Præsidentibus à se missis.

2 Si Congregato Capitulo moriatur Commissarius Nationalis, decernit Capitulum Generale, quod præsidere debeat Commissarius Visitator, si adsit, si vero non adsit, Dignior Pater

Pro-

23

Prouinciæ de corpore Capituli. Si autem tantummodo Capitulum fuerit indictum, vel conuocatū expectanda erit de super prouiso Reuerendissimi P. Ministri Generalis.

3 Declarat Capitulum Generale quod in casu subrogationis alicuius Definitoris Generalis, in partibus Germano-Belgicis, subrogari debeat alius ex ea parte, ex qua fuerat

4 Pro sedâdis differentijs Prouinciarum Sancti Andreæ, & Sancti Ioseph in Comitatu Flantriæ in Capitulo generali agitatis, sancitū est, partibus in contradictorio auditis, seruari debere, inter vtramq̃, Prouinciam, concordatum nouissimè factum.

PRO ANGLIS

1 Quoniam experientia constat, quod ex confluentia tot exteriorum ad Prouinciam Angliæ multa superueniunt inconuenientia, statuit Capitulum Generale, quod in posterum nullus Religiosus moretur in Angliæ, Missionarij Officium exercitatus, sine licetia Ministri Angliæ, vel speciali facultate Superiorū Generalium, prout iam alias statutū est.

2 Anglicana Prouincia exoptulauit, vt reponeretur inter alias iuxta tempus suæ erectionis, & Capitulum Generale decreuit ipsi competere locum præcedentiæ iuxta tempus suæ erectionis, pro vt in Capitulo Interamnensi 1500. collocanda decernitur, saluis tamen iuribus, quæ à Prouincijs produci possent.

PRO HYBERNIS

1 Capitulum Generale confirmat fundationes Conuentuum Balinafagheri in Comitatu Longofhori, cum suis

24
suis terminis pro quæstuatione à viginti circiter annis itofic-
sis similiter, & fundationem Conuentus Sancta Maria Villæ
Iacobi cum assignatione limitum pro quæstuatione trium Ba-
roniarum, scilicet de Mohil, Letrim, & Carichalin, ac tribus
Parochijs adiacentibus Sennæ in Comitatu Roschoman, vi-
delicet Kilmoir, Kiltuchin, & Fumana, supprimendo litigium
super præfatas fundationes, ac mandando sub pœnis & cen-
suris in concessionibus, ac patentibus litteris Ministrorum
Generalium præteritorum, & præcipuè Reuerendiss. Patris
Michaelis Angeli de Sambuca, contentis, vt nullus siue Supe-
rior, siue subditus præfatas fundationes, aut suos fratres per-
turbare, aut molestare audeat, vel præsumar. Quoad ea, que
iuxta aliquorum relationes, videntur præiudicare Prouinciæ
Hybernæ, & continentur in actis Capitularibus, cõmissa sunt
examinanda Reuerendissimo Patri Ministro Generali, audita
de super relatione R. P. Commissarij Nationalis Belgij.

PRO INDIS OCCIDENTALIBVS.

SI contigat, quod Commissarij Generales Nouæ Hispa-
niæ velint in aliqua ex præfatis Prouincijs manere,
gaudebunt præcedentia supra ceteros Patres, quia digniores
sunt, ob præteritum Præsulatum, & vt tales debent Disfinito-
rum ingredi in prædicta Prouincia.

Præcipit Capitulum Generale vtroque discretorio an-
nuente, at etiam partibus auditis; vt deinceps ad conseruan-
dam pacem, fraternamque; concordiam stabiliendam, fiat in
Prouincijs Peruanis alternantia, sicuti in Prouincijs Nouæ
Hispaniæ

89

*Pro Monasterio Sanctæ Anne Discalceatorum
sub Titulo Conceptionis Toleti*

3 Confirmat Capitulum Generale scripturas, vel instrumenta circa Patronatum præfati Monasterij, cuius Patrona est Regina Catholica, & iuxta tenorem supradictorum instrumentorum, declaratur præfatum Monasterium subditum immediate Superiori Generali. Idem declarat Diffinitorium Generale pro Conuentu Monialium Sanctæ Claræ Discalceatorum Villæ de Focematyna.

*Pro Monasterio Monialium Recollectatum Immaculatae
Conceptionis Suburbio S. Germanij Parisijs.*

4 Vt præfatum Monasterium feliciori regatur gubernio non nulla declaranda censet Capitulum Generale.

Primo non licere Ministro Prouinciali, nec vlli alteri Cõstitutiones, Statuta, Decreta explicationem Regulæ dictarum Monialium concernentia, conficere nec ipsarum externum viuendi vsum impideri inconsult Reuerendissimo Ministro Generali, nec non Monialibus.

Secundo fiant Electiones Abbatissæ, & aliarum Officialium iuxta Canones, & Decreta Summorum Pontificum, & iuxta consuetudinem Monasterij.

Tercio licebit Monialibus infirmis, in articulo mortis, petere vnum Confessarium sibi gratum de licentia Abbatissæ.

Quarto, licebit Monialibus alloqui parentes seculares vsque ad quartum gradum semel in mense cum participatione tamen Ministri Prouincialis, & aliorum, ad quos spectat.

Quinta Vt Statutorum varietas, multiplicatio, & confusio tollatur, sanciuit Capitulum Generale, vt Statuta Ultramontanæ Familiæ post Segouiensia edita, reuisa, & declarat, ac reformata ad normam Constitutionum Apostolicarum, & Ordinis

46
dinis per aliquos Patres, à Ministro Generali assignados, re-
ducantur ad vnum volumen, quibus Prouinciæ omnes Ultra-
montanæ gubernari debeant.

PRO CISMONTANA FAMILIA.

1 **C**VM ad concordiam Fraternali quæ pacem conferen-
dam inter Observantes, & reformatos propositum
fuerit in pleno Capitulo Generali, vt inter eos fieret alterna-
tiua, scilicet quod vna vice eligatur Commissarius Generalis Cis-
montanæ Familæ ex Reformatis, altera verò ex obseruanti-
bus, decreuit idem Capitulum Generale, vnanimi consensu vt-
roque Discretorio, & Diffinitorio annuente, quod ad eandem
pacem stabiliendam, supra dicta alternatiua fieret, hac tamen
conditione, vt tres Diffinitores generales eligantur ex Obser-
uantibus, & tres ex Reformatis in cunctis Congregationibus,
& Capitulis Generalibus, necnò ad maiorem huius Constitutio-
nis firmitatem, supplicetur Sanctissimus pro confirmatione
huiusmodi concordati.

2 Declarat Capitulum Generale, competere Prouinciæ
Minoris Poloniæ præcedentiam, & locum supra Prouinciã
Maioris Poloniæ, iuxta tempus suæ creationis, nò obstante quod
in Statutis sit posita posterior, & ita obseruari mandauit.

3 Statuitur quod in Prouincijs Argentinæ, Bosnæ, Croa-
tiæ, Russiæ, Sancti Ladislai in Schlauonia, quæ non habent re-
formationem deputentur duo, vel tres Conuentus pro recol-
lectione Fratrum reformatè viuere volentium, inter quos sem-
per deputetur Conuentus Nouitiatus.

4 Ad conseruandum pacem, & concordiam inter Prouin-
cias, decernitur obseruari debere terminos quæstuationis ab
vna quaque Prouincia, vbi sunt, vbi verò non sunt, præscri-
bantur concorditer à Ministris Prouincialibus, vna cum Diffini-
torijs ordine ad inuiolabilem obseruantiam.

5 Decernitur, quod pro multitudine negotiorum Prouinciarum Reformatarum Cismontanae Familiae assignetur Reuerendissimo Patri Commissario Generali eiusdem Familiae pro tempore existenti, alius Secretarius, Reformatus, qui post elapsum triennium officij Secretariatus, gaudeat priuilegijs, quibus potiuntur Secretarij Generales,

6 Sancitum est, vt in posterum Officiales Curiae nullum praebent consensum memorialibus, & petitionibus, quae fiunt contra formam Statutorum Religionis, & ad huius ordinationis firmitatem, supplicetur Sanctissimus, ne huiusmodi gratiae concedantur, antequam habeant veridicam notitiam, & informationem à Prouincijs.

7 Ad conseruandam libertatem Religionis disponit Capitulum Generale, quod fiat diligentia apud Clemētissimū Imperatorē, vt Cōmissarios Visitatores etiā nō Nationales, vel subditos Ces. Maiestati Suae, admittere dignetur; si vero hoc obtineri nō possit, restituatur Cōmissa. Generalis Nationalis sicuti erat prius.

8 Decernit Generale Capitulum, vt in posterum illi, qui per sex annos completos absque interpolatione, Aduentus, & Quadragesimae, Magistri Chori in Conuentu celeberrimo Araquilitano de Vrbe munus debite, & diligenter exercuerint, in premium suorum laborum gaudeant priuilegijs quibus potiuntur illi, qui fuerunt Diffinitores, ea tamen lege, vt inter ipsos teneant vltimum locum. Premium verò aliorum Magistrorum Chori, relinquatur arbitrio Reuerendis. P. Ministri Generalis.

9 Ad remouendas controversias, pacemque tuendam in Prouincia Bosnae Argentinae, statuit Capitulum Generale, vt in eadem Prouincia fiat alternatiua, hoc videlicet modo, vt vna vice eligatur Minister Prouincialis cum duobus Diffinitoribus ex parte Bosnae, & Custos cum duobus alijs Diffinitoribus ex partibus vltra, & citrà fauum, & Maritima, Altera verò vice eligatur Minister Prouincialis cum duobus Diffinitoribus ex partibus maritimae vltra, & citrà fauum, & Custos cum duobus

bus alijs Diffinitoribus, ex parte Bosnæ. Et inter sine vlla dilatione congregentur sigilla omnia Prouinciæ, & consignentur Ministro Prouinciali actuali, & ita firmiter obseruari mandauit.

10 Statuitur, vt in Conuentu, & Ciuitate Anconæ, manuteneatur Commissarius Terræ Sanctæ cum facultate quæstuan- di ob necessitatem Fratrum euntium, & reduntium de Ciui- tate Sancta Ierusalem, & pro alijs negotijs sibi à superiori Ge- nerali commitendis.

11 Ad remouenda inconuenientia, quæ oriri solent, circa Commissarios Terræ Sanctæ decernit Capitulum Generale, vt desuper obseruentur inuiolabiliter Constitutiones Ordinis in vltimo Capitulo Generali Toletano editæ.

12 Circa Moniales, confirmata, & renouata sunt Statuta Ordinis vtriusque Familiæ, mandantes Patres Capituli Gene- ralis, quod inuiolabiliter obseruentur ab omoibus tam Supe- rioribus, quam subditis respectiuè, & præcipuè circa ingressum in Monasteria, volentis, quod in Comitatu Superiorum, qua- cumque de causa ingrediantur semper sit Vicarius, seu Confes- sarius Monialium, sub pœnis in eisdem statutis contentis.

13 Ad tollendas controuersias, quæ oriri solent in Prouin- cijs Reformatis pro eligendis Commissarijs, statuitur, quod ex- eunte Ministro Prouinciali elimitibus Prouinciæ, eligatur Cõ- missarius Prouincialis suffragijs Diffinitorum, iuxta Statuta Or- dinis, & ita Capitulum Generale obseruari mandauit non ob- stantibus quibuscumque.

14 Declaratur, quod Vicarij Prouinciales qui per bennium completum Prouincias rexerint, gaudeant præmentijs, & pri- uilegijs taxatis à Constitutionibus Ordinis, non pòssint tamen in posterum eligi in Diffinitores, nisi transacto triennio.

15 Statuitur, quod Vicarij Prouinciales canonicè electi, debeant, & pòssint ferre suffragium in Capitulis Prouinciali- bus, & Generalibus tanquam Prælati Ordinarij Prouinciarum, sicuti huiusque in Religione vsu receptū est.

Inf.

16 Instituntur Studia Generalia Sacr. Theologiæ in Con-
uentu Sancti Francisci Ciuitatis Ragusiæ Prouinciæ Ragusiæ, &
in Conuentu Sanctæ Mariæ ad Niues Ciuitatis Pragæ Prouin-
ciæ Bohemiæ.

17 Declarantur ordinata ad Iubilationem Studia genera-
lia Conuentus Sancti Didaci Ciuitatis Neapolis in Prouincia
Principatus, & Conuentus S. Francisci Ciuitatis Consentia in
Prouincia Calabria.

18 In uno quoque Studio generali Sacræ Thologiæ, non
collocentur nisi duo Lectores exceptis ijs, quæ ordinata sunt
ad Iubilationem, in quibus tres poterunt collocari.



IVDICES.

Ad expulsionem incorrigibilium iuxta Apосто-
licas Constitutiones designantur.

Pro Familia Ultramontane.

- 1 Adm. R. P. Fr. Alfonso Sorianus Diffinitor Generalis.
- 2 Adm. R. P. Fr. Blasius de Benjumea Diffinitor Generalis
- 3 Adm. R. P. Fr. Philipus le Roy Diffinitor Generalis.
- 4 Adm. R. P. Fr. Agatangelus Nesmod Diffinitor Gen.
- 5 Adm. R. P. Fr. Patritius Duffius Diffinitor Generalis.
- 6 Adm. R. P. Fr. Christophorus de Roxas Diffinitor Ge-
neralis.

In absentia verò alicuius ex præfatis Diffinitoribus Gene-
rali-

30
ralibus substituitur Adm. R. P. Minister Prouincia Castellae
per tempore.

Pro Familia Cismontana.

- 1 Adm. R. P. Fr. Franciscus de Mendoza Diffinitor Gen.
- 2 Adm. R. P. Fr. Clemens Dolera Diffinitor Gen.
- 3 Adm. R. P. Fr. Franciscus de Bastia Diffinitor Gen.
- 4 Adm. R. P. Fr. Archangelus Romanus Diffinitor Gen.
- 5 Adm. R. P. Fr. Paulus Budimiz Diffinitor Gen.
- 6 Adm. R. P. Fr. Cherubinus de Sambuca Diffinitor Generalis.

Conuentus pro celebratione futurae Congregationis Generalis intermediae arbitrio Reuerendissimi Patris Ministr-
Generalis relinquatur designandus.

Pro celebratione autem futuri Capituli Generalis, Con-
uentus Sancti Ioannis Regum Toletanus designatur.

**Numerus Fratrum defunctorum ab ultimo
Capitulo Generali.**

IN hoc Capitulo Generali per testimonia PP. Vocalium legi-
time producta, inuentum est obijisse ab ultimo Capitulo Ge-
nerali Toletano decem millia octingentos, & decem Fratres.

10810.

Sorores verò, tria millia ducentos, &
sexagiginta.

3260.

Se.

88

Sequuntur Suffragia.

PRO Sanctissimo D. N. Alexandro VII. & pro eius incol-
lunitate diuturna, à quolibet Sacerdote Ordinis tres Miss-
se celebrentur.

Pro Catholico Rege Philipo IV. Regina Principe, & Re-
gia prole, à quolibet Sacerdote duæ Missæ dicantur.

Pro Cæsarea Maiestate, & Sereniss. Rege Vngariæ, &
Augusta prole duæ Missæ dicantur.

Pro Christianissimo Rege, & Matre Regina Gallorum,
à quolibet Sacerdote duæ Missæ celebrentur.

Pro Eminentissima Congregatione Cardinalium, à quo-
libet Sacerdote vna Missa dicantur.

Pro Eminentissimo D. Cardinali Francisco Barberino Or-
dinis Protectore à quolibet Sacerdote vna Missa dicatur.

Pro Excellentissimis DD. Marchionibus de Cañete, Capi-
tuli, & Religionis Patronis, quorū beneficentia expensæ Capi-
tuli Generalis factæ sūt, à quolibet Sacerdote vna Missa dicatur.

Pro prospero statu Ordinis, & Seraphicæ nostræ Religio-
nis à quolibet Sacerdote vna Missa dicatur.

Pro foelici statu Sacri Ordinis Prædicatorum, quolibet
Sacerdote vna Missa celebretur.

Pro pace Principum Christianorum, pro extripatione Hæ-
resum, Fidei propagatione, Victoria cōtra Infideles, ac Eccle-
siastici Status prosperitate, à quolibet Sacerdote dicantur
duæ Missæ.

**Ego Franciscus Cardinalis Barberinus Ordinis
Protector, & Præses Capituli.**

Fr. Ildephonsus Salizanes Minister Generalis.


Fr. Michael Angelus de Sambuca Ex-Minister Generalis.

Fr. Bonaventura Caballus Commissarius.

Fr

- Fr. Ioannes Muniesa Excommiffarius Generalis.*
Fr. Andreas de Arteaga Procurator Generalis Ordinis.
Fr. Carolus à Genua Commiffarius Generalis Curie.
Fr. Clemens à Monte Piloso Procurator Reformatorum,
Fr. Alfonsus Serianas Diffinitor Generalis.
Fr. Blasius de Bsnjumea Diffinitor Generalis.
Fr. Philippus le Roy Diffinitor Generalis.
Fr. Agatangelus nesmond Diffinitor Generalis.
Fr. Patritius Duffius Diffinitor Generalis.
Fr. Christophorus de Roxas Diffinitor Generalis.
Fr. Franciscus de Mendoza Diffinitor Generalis.
Fr. Clemens de Dolera Diffinitor Generalis.
Fr. Franciscus de Bastia Diffinitor Generalis.
Fr. Arcangelus Romanus Diffinitor Generalis.
Fr. Paulus Budimiz Diffinitor Generalis.
Fr. Cherubinus de Sambuca Diffinitor Generalis.

L A V S D E O.



EST...
TAB...
N.º

B

1740
CONSTITUCION
DE LAS CORTES
DE MADRID
DE 1808

AYUNTAMIENTO
DE MURCIA
ARCHIVO

EST^E 11

TAB^A C

N^o 16